

habet, si pristina redierit forma, ut eadem res sit & tum redintegri ipsum usumfructum, quo in sensu capitul L. 36. pr. b. Cum autem fructuum onus tributa sint L. 13. ff. de impens in res dot., & in vectigalibus ipsa prædia non personas conveniri dicatur L. 7. ff. de public. vectig. ; hinc salario tributa, alimenta quibus gravatur unusfructus, aliaq; onera tam ordinaria quam extraordinaria pente-re tenetur : huc etiam refertur muntus metatorum & sanctos in in-hospitatos milites faciendi v. Thab. comm. de metat. c. 3. n. 20. ; quæ ramen omnia de modicis nec fructus absorbentibus impensis dicta sunt; immodicas enim & fructus exsuperantes refunderet propri-tarius. Hartman. Pistor. l. 1. q. 46. n. 33. Perez. ad C. eod. Richt. dec. 20. & 70. struv. Ex. 12. tb. 24. Franzk. ad ff. b. Hinc hodiernis introduc-tum moribus, ut redditus annuos fundis passim impositos solvere cogatur fructuarias adeo ut servitatum instar se habeant. Conf. Bus. h. & L. ult. ff. de contr. emt.

Ad L. 12. §. 5. Julianum inter & Marcellum hic agitur quæstio de fure decerpente vel desecante fructus maturos pendentes, cui nam teneatur condicione, domino fundi an fructuario? & domino deberi contendit Julianus hæc natus ratione, quod jure dominii duxerat detur hæc actio v. §. 18. l. de agl. L. 1. ff. de cond. fuit. ; quapropter fructuario, qui ante percepcionem fructuum dominus non est, merito denegari. Occurrat præterea objectioni, quod, cum alius terrâ separaverit fructus domino competeat non videatur condicione; ramen quoniam non à fructuario nec ab ejus nomine alio fuerint demessi L. 12. §. 2. ff. b. L. 38. & seq. eod., adhuc stabilitur sententia, quæ præter proprietarium hanc actio-nem concedit nemini: fructuario autem, ne insons datum in-currit, furti parata erit actio, quâ interesse fructus non esse ablato consequeatur. Alia Marcelli arrider sententia, quem movet, quod fructus sicut fructus si postea eosdem natus fuerit; sed non alia id contingat ratione, nisi ut interim sicut proprietarii, usque dum eosdem apprehenderit fructuarius. Id quod illustrare idem J. Cris annitur ab instantiâ rei sub conditione legata, quæ, durante con-dicione, heredis est, existente eadem ad legatarium transire; cum explorati juris sit conditionem competere proprietario. Ulpianus a. lite m sic decidendam autumnat, ut neutrām suo calculo ap-